

1633. 13 Febr.

Ex Epist. ms. Lubien in Arch. Stan. Aug. Regis

585

Stanislaus Lubiencki Cardinali
Sancta Crucis.

214

Venit ad illustrissimam Celsitudinem vestram Gerochus
Brocoviensis, juris utriusq; doctor, vir satis eruditus,
in concionibus sacris faciendis felix, et vite innocentia
probatas. Si reddet rationem mei suiq; iuris ostendetq;
nihil a nobis temere vel incontumeliam ejusquam
factum, atq; hoc negotium ita a nobis tractatum,
ut nullius alterius rei nisi salutis animarum ratio
habita fuerit, quid alij spectaverint, quid ve
tacito pacto involverint. Deus melius novit quam
quam accuratius rem explorantibus non obscura
vestigia deprehendantur vetiti sacris canonibus
ambitus. Pluribus hac seve antea, et idem ame
missus Luculentius hunc resolvet nodum. Prin-
cipibus nostris omnia nos debere profiteremur,
si modo ea a nobis postulent, quae salva con-
scientia prestare possimus. Humillima mea
obsequia deferre illustrissimae C. U. Viscoviae.
die 13 Febr. Anno 1633.

Handwritten text in a cursive script, likely a letter or a journal entry. The text is mirrored across the page, suggesting bleed-through from the reverse side.

A decorative flourish or signature at the bottom of the page, consisting of a wavy line with a central loop.